

**SYMBOLAE CRITICAE
AD LIBELLUM
ARISTOTELICUM**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649195886

Symbolae criticae ad libellum Aristotelicum by Franz Georg G. Kern

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

FRANZ GEORG G. KERN

**SYMBOLAE CRITICAE
AD LIBELLUM
ARISTOTELICUM**


SYMBOLAE CRITICAE

AD LIBELLVM ARISTOTELICVM

ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΦΑΝΟΣ, ΠΕΡΙ ΖΗΝΩΝΟΣ, ΠΕΡΙ ΓΟΡΓΙΟΥ.

SCRIPSIT

FRANCISCVS KERN.



OLDENBURGI
APVD G. STALLINGIVM.
MDCCCLXVII.

291. h. 18.



SYMBOLAE CRITICAE AD LIBELLVM ARISTOTELICVM

ΙΕΡΙ ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ, ΙΕΡΙ ΖΗΝΩΝΟΣ, ΙΕΡΙ ΓΟΡΓΙΟΤ.

Libelli Aristotelici περὶ Ξενοφάνους, περὶ Ζήνωνος, περὶ Γοργίου primam partem, qua Melissi decreta, non Xenophanis, et exponi et impugnari nunc quidem inter viros doctos constat, uel post operas Bergkii et Mullachii nec ad genuinam formam iam plane et omnino reuocatam esse ratus, nec multis locis quid scriptor quisquis est uoluerit recte esse intellectum, hac scribendi opportunitate oblata hos nouos et emendandi et interpretandi conatus uiris doctis propono, sperans fore ut de nonnullis certe locis non solum noui aliquid allatum, sed etiam hinc illinc aliquid lucis duabus illis capitibus exoriri existiment.

974, a, 2 Bekk.: Ἀδιον εἶναι φῆμιν εἰ τοῖς, τοῖς μη ἐνθέτειν γενισθαί μηδὲν εἰ μηδενός.

Non probanda uidetur sententia Bergkii*) e lectione cod. Lips. ἐνθέτειν in uerborum contextum recipi iubentis: nam posse quidem hunc modum ita usurpari licet constet, tamen cum insolentius sit, non video, cur lectio uolgata spernenda sit, quae ad tritum loquendi genus multo magis est accommodata, cūm praesertim ea structura, quam Bergk exemplis aliunde petitis defendit, in nostro libello non amplius occurrat, etsi plus semel potuit adhiberi. Ceterum cf. 975, a, 33, ubi codd. plurimi (exceptis tribus apud Bekkerum: r, c, Va) lectionem aperte corruptam γένεσθαι pro genuina γένεσται praedebent.

In cod. Lips. autem εἰδόθεσθαι pro ἐνθέτειν esse scriptum non est quod Mullachio**) affirmanti credas. In Beckiana enim „Varietate lectionis libellorum Aristotelicorum e cod. Lips. diligenter enotata“ (Lipsiae MDCCXCIII) p. 7 inuenies: „lin. 3. ἐνθέτειν γενέσθαι. Infinitivus ἐνθέτειν e verbo φῆμιν repetendo pendere potest“. Error Mullachii, quem ad haec uerba Beckium ipsum non adlisse appetat, exortus uidetur et mendo typographico p. 8 Bergkianae dissertationis; nam p. 9 uera lectio recte expressa est. Non opus igitur erat argumentatione, qua Mullach uerbum εἰδόθεσθαι impugnatuit.

974, a, 3: εἴτε γὰρ ἀπάντα γέγοντε τίτι μὴ πάντα ἄτοι ἀμφοτέρως. οὐδὲν γὰρ εἴτον ἐν γνώμενα. ἀπάντων τε γὰρ γνωμένων οὐδὲν προύπαγεν· εἴτε δὲν τινῶν ἀτελεῖς θεραπεύοντο, πίλον ἢ καὶ μεῖζον τὸ δὲ γεγονένεα.

In cod. L. existat εἴ τε μὴ πάντα, ἄτοις ἀμφοτέρως. οὐδὲν γὰρ γενέσθαι ἀτελῶν γνώμενα. Inde ἄτοι recipio et cum Bergkio γενέσθαι uerborum contextui addo. At haec non sufficient ad locum sanandum. Cum enim cuius facile apparet uerba ἄτοις ἀμφοτέρως non esse posse apodosin, propono post οὐδὲν γεγονένεα.

*) Commentatio de Aristotelis libello de Xenophane, Zenone et Gorgia. Marburgi MDCCXLII. p. 8.

**) Fragmenta philosophorum Graecorum. Parisii MDCCXIX. p. 277, a.

γέ pro γάρ et τά pro ἀτά post αἰτῶν (cf. Brandis commentit. Eleatt. pars prima Hafniae MDCCCXIII p. 187). His lectionibus receptis non opus erit alius mutationibus, dummodo alter interpungendum esse concesseris. Sic enim scribo: *εἴτε γάρ ἀπεκτα γένοντας, εἴτε μὴ πάντα ἀδιά, ἀμφοτέροις δὲ οὐδενός γε γενιόθεα αἰτῶν τὰ γενέμενα κ. τ. λ.* Haec autem scriptor uolt: „Siue cuncta orta sint, siue non omnia aeterna (i. e. si ad aeternum, quod esse conceditur, aliud accedit, quod ortum sit), per utramque hanc rationem nimurum e nihilo ortum esse quicquid horum ortum sit; nam si illa ratione cuncta fiant, nihil praexistere, si hac ratione, cum sit aliquid, alia atque alia accedant, plus et maius ens factum esse.“ Ex hac interpretatione perspicuum est me non assentiri Bergkio, qui *εἴ τ' οὖτε* legi iubet; scriptori enim idoneam causam fuisse video, cur in altera parte particulam *εἴ* adhiceret scilicet ut duo participia uitaret (cf. 977, a, 3), nullam cur hic uoce aduersativa orationem continuaret.

Recte Bergk conjecturam Brandisii *τὸ δὲ* pro *τὸ* *ἵνα* reponentis confirmari putat lectione inani cod. L. *τὸ* *ἵνα*, atque miror Mullachium, qui uolgatau tuetur, fugisse unitatem entis nostro loco inepite statui, quippe quam postea denum scriptor studeat demonstrare.

974, a, 11: *τὰν δὲ καὶ ἄπειρον δὲ εἶναι.*

In cod. L. Beckio teste clare scriptum est *τὰν γάρ ἄπειρον, δὲ εἶναι*, omissa inter *δὲ* et *εἶναι* uoce *ἵνα*, quam ibi exstare Mullach dicit, in hunc errorem fortasse induxta Brandisii annotatione, qui uolgatae lectioni uocem *δὲ* in cod. L. additam esse minus recte tradidit. Ante Bekkerum quod sciam*) legebatur *τὰν γάρ ἄπειρον, δὲ εἶναι*; inde uocem *ἵνα* retinendam puto, quam „necessario requiri“ Bergk recte indicat, sed quod ad prima huius enuntiationi uerba attinet Bekkerum sequi non dubito, quamquam dolendum est nigrum doctissimum ad hunc locum non annotasse, quibus codd. lectio *τὰν δὲ καὶ* nitatur. Sic autem procedere uidetur oratio: „Si id quod esse dicimus uniuersum et infinitum est, unum necessario erit.“ Id vero quod est esse rerum uniuersitatem et ex praecedentibus cogere licet (*εἴ τ' οὖτε τινῶν — τὸ δὲ γενέμενα*) et in sequentibus scriptor, ubi decreta Melissi impugnat, non solum hanc fuisse philosophi sententiam — id enim nemo non concedet — sed etiam has duas notiones (*τὰν καὶ ἄπειρον*) eum inter se coniunctione tradit, cf. 975, a, 30: *ἄπειρα γάρ εἶναι καὶ ἀγένθεα καὶ ἔστιν τῷ ἀπειρῷ προάστει*, ubi e cod. L. *τὸ ἀπειρόν γάρ* restituendum est.

*) Contul exemplar Sylburgianum (cuius mihi non copia fuit nisi in commentario Spaldingi, ubi prima pars nostri libelli p. VII. sqq. ex Sylb. editione fideliter expressa existat), editionem Basileensem a. MDXXXIX, Parisiensem a. MDCLIII, Aurel. Allobr. a. MDCV.

974, a, 14: ἀδίον δὲ ὃν μέρηται καὶ ὅμοιον πάντη ἀληγοτον εἶναι τὸ έπον.

Pro μέρηται Bekkeri codd. omnes ἀπεργοτον habent, in cod. L. teste Beckio, qui Olearium minus recte ibi ἀπεργοτον legisse dicit, exstat εὐμερητον^{*)}. Felicianum in libro suo ἀπεργοτον inuenisse manifestum est, cum per uocem „immensus“ reddiderit. In quo codice autem lectio uolgata, ne a Bekkero quidem spreta, nitatur, ignoro, cum in largo suo critico apparatu non videatur nisi doctissimus eam inuenisse. At qui non acquiescendum in ea cum Brandisio et Bekkero, neque codd. lectio talis certe, qualis est, recipienda; sed cum Bergkio ἀπεργοτον scribendum est, quod quam facile in ἀπεργοτον deprauari potuerit, nemo non uidet. Atque adeo probabilis mihi quidem uidetur haec uiri sagacis conjectura, ut hac annotatione supersessurus fuerim, nisi a Mullachio^{**)} ἀπεργοτον receptum uidisem. Cum enim Bergkio satis fuerit ueram lectionem proposuisse argumentis allatis nullis, e re erit comprobare quod ille statuit. Argumentum autem petendum est ab ipsa scriptoris oratione, qui id quod infinitum est nusquam aliter atque ἀπεργοτον vocat. An quisquam putet ἀπεργοτον illud, quod Mullachio placuit, aliud quicquam esse quam infinitum, cuius tam saepe mentio fit in libello? Quid uero esse possit, uia dicas. Sin autem nihil aliud est, oportebat scriptorem eandem retinere significationem. Nemini enim concesserim ubertati enidam orationis in demonstratione adeo ieiuna locum esse illum. Huc adde, quod tres illae notiones eodem ordine 974, b, 7, ubi scriptor totam Melissoeum placitorum complectitur scriem, iterum occurunt et in sequentibus, ubi placa impugnantur, τὸ ἀπεργοτον nusquam memoratur. Id igitur Bergkio concedendum ἀπεργοτον necessario scribendum esse; quam uero praeter hanc dubitanter proposuit mutationem, ea minime uidetur probanda. Sic enim uolt uerba collocari: ἀδίον τε ὃν ἀπεργοτον τε πει τε καὶ ὅμοιον πάντη ἀληγοτον εἶναι, quod „id quod sit epitomator nondum sic simpliciter appellaverit τὸ έπον, atque ita omnia illa, quae singulatim fuerint pertractata, una comprehendantur.“ Haec argumentatio facile eo refellitur, quod 974, a, 18, epitomator idem facit quod, quia ineptum sit, nostro loco uir doctus eum fecisse negat. At reuera nihil offensionis habet, quod scriptor et hic et illuc id quod est uoce τὸ έπον significauit, eni notio illa in Eleatica philosophia sit una omnium grauissima.

974, a, 23: καὶ γὰρ εἰ τὸ μεμιχθαι τι ἐν τὸν πλεύσοντος λέγοτο καὶ εἰνὶ πολλὰ πυρούμενα εἰς ἄλληλα τὰ πρόγματα, καὶ ἡ μέτρος ἡ ὡρὴ ἐν τῷ σινθέσει εἴη τῶν πλεύσοντος η̄ τῷ ἀπαλλάξει οἷον ἀπαρούσθησες γίροντο τῶν μεχθέτων,

^{*)} Bergk fallitur, cum ἀπεργοτον ibi scriptum esse affirmet.

^{**)} Hoc legendum iam Fölleborni propositum (Liber de Xenophane, Zenone, Gorgia, Aristoteli vulgo tributus, passim illustratus a Georg. Gustav. Fölleborn. Halae Saxon. 1789. p. 23) „postulari sensu vocabulum aliquod synonymous uocis ἀπεργοτον“ ratu. Id Mullachium fugisse non mirum, cum Föllebornii commentatio ei non praesto esset (Mullach l. l. 273).

ἐπιτίνως μὲν ἀν δι' ἀλλήλων χωριζόντων εἶναι τα μηδέτεται, ἐπιπρόσθιστας δοιάσης ἐν τῷ τρίτῃ γίνεσθαι ἀν τεστον φανερόν, ἀγαιρομένων τῶν πρώτων τὰ ἵπ' ἀλλῆλα τεθέντα τῶν μηδέτων ἀν σύδετον συμβαίνειν.

Statim ab initio e cod. L. scriendum cum Beckio πολλά τε καὶ κυριώτερα, cum eodem η ὁσ pro η ὁσ, quia apud Felic. recte „uel“ expressum est; deinde quod pro ἀπαλλάξει Mull. proposuit ἀπαλλάξει sine dubio est vera lectio; tum pro inani illo ἔκτινως cum Beckio legendum esse ἔκτινως et re ipsa perspicuum est et cum cod. L. incerta scriptio (Beck. l. l. p. 8) tum Felic. interpretatione comprobatur. Quae autem praeterea Mull. corrugenda proponit, valde ureor, ne non possint probari. Nam quae scribi vult τὸν ἀν' ἀλλήλων χωριζόντων pro nolgato δι' ἀλλήλων χωριζόντων et quod inseri iubet κατά inter πρώτων et τὰ ἵπ' ἀλλῆλα, ea, quomodo sint intellegenda, nec nūr doctus ipse indicavit nec equidem mea ipsius mente atque cogitatione possum assequi. Hoc unum video, illam conjecturam conversionis Feliciani nisi auctoritate, quamquam Mull. eius nomen silentio praetermisit; verum non magis perspicua mihi sunt Feliciani verba latina quam greca Mullachii. Reliquorum autem viororum doctorum, qui in hoc libello emendando et interpretando studia collocarunt, uberior nemo de hoc loco disputauit. Fülleborn (p. 23) enim eum adeo corruptum et mutilum censem, ut frustra ei medicinam afferre tentauerit. „Neque enim“ inquit „vulgatum intelligo, neque quac MS (cod. L.) aliter habet, quomodo juvare locum possint, video“⁴⁾). Prorsus idem de hoc loco iudicium tulit Spalding in „commentario in primam partem“ huius libelli (p. 25). Beck recte quidem intellexit e cod. L. διάδηλο pro nolg. δι' ἀλλήλων esse recipiendum, sed hac una correctione locus nondum sanatus est. Brandis et Bergk omnino nihil de hoc loco prodiderunt. Evidenter putauerim inde potissimum difficultates et obscuritatem, quam in his verbis inesse nūr docti conqueruntur, esse exortam, quod necem ἐπιπρόσθιστας pro unice uera lectione habentes scripturam ἐπιπρόσθιστας repudiauerunt, quamquam etiam hanc codicum nonnullorum, inter eos Lipsiensis, nisi auctoritate probe sciebant et apud alias scriptores uocem ἐπιπρόσθιστας nusquam existare; nam ubi legebatur ut Plut. consol. Apoll. p. 368 ab editoribus recte ἐπιπρόσθιστε restitutum est. Vocabula autem ἐπιπρόσθιστε, ἐπιπρόσθιστα, ἐπιπρόσθιστας cum ab aliis scriptoribus tum ab Aristotele et Theophrasto, cui nostrum libellum Brandis uindicat, et sensu proprio et metaphorico saepius usurpantur (cf. Steph. thes. et Wimmeri index ad Theophrasti fragmenta); translatione autem scriptorem hic usum esse rimari licet ex

⁴⁾ Postes autem Füllb. in libro „Beiträge zur Gesch. der Phil. Zölichau 1794“ rationem aliquam constitutendas lectiones proposuit, qua Spaldingio videbatur sententiam scriptoris assecutus esse, verba non correxisse. cf. Spalding, commentarius in primam partem libelli de Xenophane, Zenone et Gorgia. Berol. 1793, p. 25.